THESIS

1763

Bose, Adolph Julian

Halle-Wittenberg

DISSERTATIO MEDICA

DE

MILITVM MORBIS

INPRIMIS VERO

EXERCITVS REGIS PRVSSIAE

QVAM

ADSENSV ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS

PRAESES

ERNESTVS GODOFREDVS BALDINGER

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR
POTENTISS. PRVSSORVM REGI AB EXERCITV
BVS MEDICVS ORDINARIVS SOCIETATIS
TEVTONICAE IENENSIS LITERAR. ELEGANTIOR.
SODALIS

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

DIE XVIII IANVARII MDCCLXIII

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICE DEFENDET

CVM COMITE SVO

ADOLPHO IVLIANO BOSE

PHILOS. ET LL. AA. MAGISTRO, ART. SALVT. CVLTORE

VITEMBERGAE
EXCVDEBAT EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELD
ACADEMIAE A TYPIS

SIC ENIM INTERROGANT: SI FATVM TIBI EST, EX HOC MORBO CONVALESCERE; SIVE MEDICVM ADHIBVERIS, SIVE NON, CONVALESCES. ITEM, SI FATVM TIBI EST, EX HOC MORBO NON CONVALESCERE; SIVE TV MEDICVM ADHIBVERIS, SIVE NON, NON CONVALESCES: ET ALTERVTRVM FATVM EST: MEDICVM ERGO ADHIBERE NIHIL ATTINET.

CIC. DE FATO XII.

A

SON ALTESSE ROŸALE
MONSEIGNEUR LE PRINCE
FREDERIC HENRI
LOUIS

PRINCE ROŸAL DE PRUSSE

MARGGRAVE DE BRANDENBOURG, PREMIER ET SOUVERAIN DUC DE SILESIE, PRINCE SOUVERAIN D'ORANGE, DE NEUFSCHATEL, DE VALLENGIN ET DU COMTE' DE GLATZ; DUC DE GVELDRES, DE MAGDEBOURG, DE CLEVE, DE JULIERS ET DE BERGVE, DE STETIN, DE POMERANIE, DES CASSVBES ET DES VANDALES, DE MECKLENBOURG ET DE CROSSEN; BOURGGRAVE DE NURENBERG; PRINCE DE HALBERSTADT, DE MINDEN, DE CAMIN, DE VANDALIE, DE SUERIN, DE RATZEBOURG DE LA FRISE, ET DE MEURS; COMTE DE HOHENZOLLERN, DE RVPIN, DE LA MARCHE, DE RAVENSBERG, DE HOHENSTEIN, DE TECKLENBOURG, DE SUERIN, DE LINGEN, DE BUREN ET DE LEERDAM; SEIGNEUR DE RAVENSTEIN, DE ROSTOCK, DE STARGARD, DE LAUENBOURG, DE BUTOW D'ARLEY ET DE BREDA ETC. ETC

MON TRES GRACIEUX SEIGNEUR

MONSEIGNEUR

Dans une piéce, qu'on publie pour amplifier la connoiſſance des Maladies du Soldat, on ne peut implorer un plus puiſſant DIEU TUTÉLAIRE, que ce CAPITAINE, dont le ſoin pour l'Armée, dont la grandeur d'ame, et dont l'humanité donnera à la poſtérité un modéle très rare d'un Prince accompli.

C'eſt

C'eſt VOVS, MONSEIGNEVR, qui par Vos Ordres gracieux me fournites l'occaſion de voir l'Armée dans les Campements de l'hiver paſſé, et d'ÿ faire des obſervations, qui ſans cela me ſeroient reſté inconnuës. Je les donne à préſent au Public, pour rendre compte

A VOTRE ALTESSE ROŸALE

de mon application à exécuter SES commandements.

Mon

Mon plus grand mérite à cet égard c'eſt d'avoir ſacrifié ma propre ſanté a celle de l' Armée.

Ce ſont les motifs, qui me portent à mettre ces feuilles aux pieds de

VOTRE ALTESSE,

LA ſupliant, de les honorer d'un régard favorable.

Je

Je ſerai jusqu' à la fin de mes jours

MONSEIGNEUR

DE

VOTRE ALTESSE ROŸALE

Le très - hûmble, très - obéïſſant et très - ſoumis ſerviteur

ERNESTE GEOFFROY BALDINGER,

du païs d' Erfort.

PRAEFATIO.

Cum COTHENIVS Ille, Vir doctrinarum copia aeque ac ſingulari rerum ſalubrium peritia percelebratus, munus, quo perfungor, daret gratum, nil omittendum eſſe putaui, quod vtilitatem parare poſſet iis, qui Regis vſui vitam impendunt, et quorum cura mihi demandata eſt. Conſului ergo, qui militum morbos tractant, ſcriptores, quot-

quot eorum comparare poteram, comparaui ſtudio, ac notare cepi, quicquid ſingulus de ſingulis militum morbis ſentiret. Animaduerti autem commune omnibus vitium, de quo iam *Pringlius* antehac conqueſtus eſt. Sunt pauci quidem numero, qui militum morbos tractant, at illi neutiquam ſcribendi vtuntur genere, quod eſſet certum ſatis ac definitum. Sibi enim parum conſtant, in ea ſententia, quis militum morbus proprie militaris dici mereatur. Accedit ad hoc, nonnullorum de auertendis militum morbis errans opinio, contra quam communem, ratione pugnare, ideo conuenit, vt meliora edocti, de minuendis potius, quam augendis praeceptis, cogitent. Erat *Torgauiae ad Albim* temporis opportunitas et ampla occaſio, militarium morborum indolem perueſtigare, cum iis medendis ibi occupatus eſſem. Et melior ſeſe obtulit, cum *Princeps Maximus*, *Clementiſſimus*, iuberet, vt exercitum in hibernis viſitarem, ſollicitusque eſſem, quaenam morborum indoles, cauſae, ac methodus iis medendis conueniens. Ab Auctoribus denique *Cothenio*, *Ludolffo*, Viris aeterna mentis veneratione colendis,

cogni-

cognitionem accepi, quam nunc diſputandam propono, quamque conſentiente *Cothenio*, abſolutam olim promitto. Quod ſpeciatim nunc attinet opuſculi argumentum, haec ſunto, quae praefabor. Praemiſi quaedam de impedimentis circa tuendam militum ſanitatem obuiis. Sequitur pertractio de militum morbis in genere, ſpeciatim Exercitus Regis. Cum vero limites opuſculi non erant dilatandi, contentus, de praecipuis, ac proprie dictis, militum morbis dixiſſe, reliqua ſeruaturus, donec occaſionem nanciſcar, ſermone paullo prolixiori ediſſerendi. Introductionem in notitiam ſcriptorum medicinae militaris, medicis ſaltim caſtrenſibus, vtilem, nec ingratam fore, iudicaui. Scribeb. in Noſocomio, quod eſt Vitembergae ad Albim, die X. Decembr. MDCCLXII.

BOSIO SVO

S. D.

P R A E S E S.

Non quod laudarem TE, quem boni omnes laudant, ſed quod gratum animum teſtarer, has literas dare volui. Cum ante hos menſes quatuor Vitembergam venirem, vitae anteactae in academia Ienenſi, ſumma cum voluptate memor, cogitare cepi, de nouo quodam ſpecimine mei edendo. Illuſtris Medicorum Ordo, cui maximas pro beneficio perſoluo gratias, cum adnueret, TE, qui ſaepius cum diſputares, laudibus ornatus, rogaui, mecum cathedram conſcenderes. Et TVA facilitate factum eſt, vt nunc TIBI comes ego in diſputando, ac teſtis eximiae ſcientiae, quam indefeſſus labore, conſequutus es. Officium itaque, quod nunc meum eſt, vt ſeruarem, TIBI et hoc doctrinae ſpecimen gratulor, ſimulque animi laetitiam, et quam gratiſſimus ſim, teſtor. Vale, fortunam propitiam expecta, meque Vitemberga diſcedentem ama!

ANIMADVERSIONES
SVPER
DIETAE PRAECEPTIS MILITIBVS DATIS.

Sunt, qui longo ſermone praecipiunt, quo modo tuenda ſit militum ſanitas, qua viuendi ratione vtendum ſit iis, vt praecaueant ſibi a morbis. Sed rerum vſu edoctus cognoui, difficile eſſe militibus circa diaetam praecipere, cum ne quidem Imperatoris voluntas, tueri a morbis et morborum cauſis militum corpora poſſit, multo minus medicorum praecepta. Militia enim tot tantisque difficultatibus premitur, quae ſaluberrima ſanitatis praecepta eludunt. Quod quidem nunc, ab omni contradicendi ſtudio alienus, probare annitar.

§. I.
A E R.

Ab aere, morborum cauſa, incipiam. Nocet is humidus,

 ſiccus

ſiccus, calidus, frigidus, nocet humidus et calidus, humidus et frigidus, item ſiccus et calidus, ſiccus et frigidus, Contagio, et epidemica conſtitutio ab aere pendent. Quis, quaeſo, haec aeris vitia corrigere audax? aut militiam non nouit, aut loquax, qui hoc ſibi ſumit. Nonne miles omni tempore, cum itinera facienda ſunt, cum excubiae agendae, cum praelium faciendum, vim aeris patitur? Calorem vitare docent exercitus ire tota nocte, ſed non cogitant, nocere frigus, nocere nebulam, cum ſol exoritur. Frigus depellere accenſo igne, ob id ſaepius fieri nequit, quod Imperator interdixit, ne dicam de lignorum inopia. Hoſtes inopinato adoriri conſultum, nocte igitur caeca, nebuloſa, iter faciendum. Nec humidus aer arte corrigi poteſt ſemper, paludes enim ac ſyluae, caſtris munimenta. Paludes oriuntur, putreſcit aqua ſtagnans, ſi foſſa circumdamus militum tabernacula. Caſtra frequenter eſſe mutanda dixit *Vegetius* Libr. III. Cap. II, ſed nec ab arbitrio Principis vel Imperatoris, caſtra mutare, pendet. Calceamenta e corio conficere denſo, confecta pice inducere, ſuadent, vbi efficitur, ne ab aqua madeſcant ſtatim, ſed parum contra frigus gelidum iuuabit. Stramen ſaepius mutare, recens ſternere, eius inopia interdum praepedit.

dit. Eſt alia militaris conſuetudo, cum hiberna non haberent, ſpecus in montibus fodere, et ſe in eos condere, ex qua vero militares morbi, caſtrenſis febris, ſcorbutus, item leucophlegmacia, cachexia, hydrops, aſthma pituitoſum, quartana febris. Clima morborum cauſam dixerim, tritum inde prouerbium: Gallorum Germania coemeterium.

§. II.

CIBVS, POTVS.

Rei frumentariae inopia nonnunquam premitur exercitus. Bene praecipiunt, qui a carnium uſu abſtinere praecipiunt, militibus, contra ea braſſica, oleribus, radicibus veſci, ſuadent; at nonne his rebus aliquando milites carent? Idem de potu valet, aqua paludum, e puteo hauſta, vermiculorum ouulis conſpurcata, ad ſitim ſedandam bibitur. Luxuriam militum, nec vi eſſe coercendam, quis dubitat? Ideo, cum admodum difficile ſit, victus rationem habere, in caſtris, cum iter faciendum, *Pringlius* breuis fuit, in regulis de victus ratione tradendis.

§. III.

§. III.

MOTVS. QVIES.
SOMNVS. VIGILIAE.
ANIMI PATHEMATA.

Miles ex magnitudine itineris ſaepe confectus, magno fatigatus aeſtu; tamen ne nocturna quies diurnum laborem relaxat. Excubiae ſunt agendae. Iam tuba canit, tympana pulſant, hoſtis adeſt, nunc arma ſumenda, nunc praelium committendum. Sic laſſus miles, inquies animo, vires amittit, nec tam facile recuperat. Commouetur et animus patriae deſiderio, amore. Sed quis poteſt enumerare, modos, conſuetudines, quibus laeditur militum ſanitas? Hoc autem in aprico poſitum eſſe videtur, milites valetudinis rationem poſſe habere nullam.

DISSERTATIO
DE
MILITVM MORBIS.

§. I.

Nullo quidem non morbo corripitur miles, at ex his nonnulli proprie vocantur *Militum morbi*, *Militares morbi*, *Castrenses morbi*, *Morbi ex nosocomiis nati.* Reliquos autem morbos, militares vocat nemo, quoniam non miles solum, sed quisque homo iis afficitur. De militum vero morbis cum dissensus sit, quinam sint illi dicendi, solertius indagemus naturam eorum.

Scholion.

Morborum diuisio alia est, qua morbi vel *per essentiam* vel *per accidens* distinguuntur, quod ex pathologiae principiis patet. Diuisio in morbos opificum; de qua *Ramazzini:* militum, est arbitraria, quae ab accidentalibus desumitur.

§. II.

Audiamus itaque primo, quae ſit *Pringlii* Angli, qui, quantum ego quidem ſcio, primus fuit, qui militares morbos ſingulari ſtudio indagaret, ac in genera diſpertiret, diuiſio. Duas ille conſtituit claſſes, quarum altera morbos *Tempeſtatum*, altera contagione natos enumerat. Priores illi ſunt temporis vel *hiberni* vel *aeſtiui*, et hos aeſtiui temporis morbos putat eſſe *Caſtrenſes*. Contagionis cauſam accuſat inprimis, caſtra, noſocomia, tuguria. Audiamus et *Boerhaauii*, Viri ſummi, Interpretem, Reſtitutorem academiae Viennenſis pariter ac literarum, *Illuſtriſſ. Gerardum L. B. van Swieten*, qui quidem claſſes morborum neutiquam conſtituit, attamen praeclare fecit, cum de iis tractat morbis, qui saepius obſeruantur in caſtris. Quos recenſet ille, ſunt Tuſſis, Angina epidemica, Pleuritis epidemica, Peripneumonia, Intermittentes febres, ſpeciatim vernae, autumnales, quartana, Icterus, Hydrops, vomitus ſpontaneus ex ventriculi repletione, Cholera, Diarrhea, Dyſenteria, Inteſtinorum inflammatio, Phrenitis, Haemorrhagia narium, Febris continua, Scorbutus, Gangraena, Lues Gallica, Scabies, Vermes.

Scholion.

Militum morbos non paucos ex inflammatione viſcerum naſci, *Pringlius* dixit, cum illo autem *Illuſtriſſ. van Swieten* conuenire videtur, qui tales, quibus corripitur miles, enumerat morbos, quorum cauſa partium quarundam inflammatio, ex hac enim oriri poſſe anginam, pleuritidem, peripneumoniam, diarrheam quin dyſenteriam, nemo dubitat. Si, quae nos obſeruauimus, apponere licet, compertum habemus atque experientia, immo cadauerum ſectione, edocti, cognouimus, vera, quae dicitur, inflammatione, haud ita frequenter milites affici. Spuria ſaepius occurrit, hinc morbi qui aemulantur naturam inflammationum, ſibi vindicant ſanguinem pituitoſum magis, pituitam multam, et, ſi quaedam adeſt plethora,

tunc

tunc spuria magis, quae vena secta neutiquam curatur, vt adeo rarissime vena sit secanda, vel inde salus expectanda. Tandem et hoc monendum venit; ex *Pringlii* sententia neque Scabiem, neque Gallicam luem militum morbis esse adnumerandam, putat enim contagionem simili fieri modo ac fit in omni morbo maligno, qui contactu solo sui similem producit, at, quod pace huius Viri dictum volo, militum quaedam scabiei species peioris nonnunquam sunt indolis, ita, vt citra contactum alius miles eodem morbo affici queat, quod docet inprimis illa scabies, post febres malignas superstes, de qua plura suo dicam loco.

§. III.

De militum morbis acturus, non contradicendi studio ductus, vel vt de aliorum sententia decederem, sed quae ad meum institutum magis adcommodata videbatur diuisio, mihi prae ceteris placuit, nunc exponenda. Sic autem intellexi: morbos, quibus laborant milites, adprime diuidi posse in tales, qui iis sunt *proprii*, atque tales qui non sunt, quos deinceps vocabo *communes*. Morbi, de quibus dixi militibus esse proprios iterum in duo genera diuidendi veniunt, quorum alii eiusmodi sunt indolis, vt in nullos nisi milites cadant, alii vero, saepius quidem in castris occurrentes, ob id, quod recedant a natura morborum, qui vel ciuibus vel paganis familiares, militum morbis adnumerantur. Sunt illi: Pestis militum, Febris Castrensis, eiusque species omnes, putrida, vel a sanguinis vel a lymphae vitio, Intermittentes epidemicae, ad malignarum naturam accedentes, Dysenteria et Diarrhea castrensis, Scorbutus militum et Scabies maligna. Hi vero, morbi acuti et febres inprimis acutae, quae aemulantur inflammationis naturam, inflammatoriae spuriae dictae, harum species, Pleuritis, Peripneumonia, Scabies vetusta, quae curatu difficilis, Febres intermittentes epidemicae, vernae, autumnales, non malignae, licet saepius rebelles, Catarrhus et febris

catar-

catarrhalis, Aſthma graue, pituitoſum, Icterus epidemicus, Rheumatiſmi epidemici, oculorum obſcuratio, quam nuper in Sileſia milites paſſi. Communis morbus quis dicendus, ex data deſcriptione facile patet, is nimirum, qui nil quidpiam peculiare habet, quales ſunt febres acutae, continuae, ſimplices, ſanguinea, exanthematica benigna, intermittentes, tertiana, quartana, exquiſita, ſimplex, duplicata, hydrops, inflammatio vera, febris ex inflammatione nata, haemorrhagia, ſpecies variae, dolores, ſpaſmi, conuulſio, epilepſia.

§. IV.

Ex quibus (§. 1. 2. 3.) adparet, duo genera morborum eſſe, qui militares vocantur, et ex his primi generis tantum eſſe militares ſenſu magis proprio ac definito; ſecundi vero generis hac ſaltim ratione, quoniam recedunt a natura ſibi propria. Communis morbus nunquam dicitur nec dici meretur militum morbus. Quae quidem, ſi a nobis rite intellecta ſunt, naturam morbi militaris produnt, nunc paucis definiendam. Morbi ergo militares primi generis ſunt numero quidem pauci, at peracuti, epidemici ſimulque maligni, putridi, contagione nati. Et haec ſubeſt ratio, cur periculoſi ſemper, natura enim ſua, quae eſt putredo, humores cito deſtruunt, diſſoluunt, necant. Hinc nulla ſolutio ſalubris expectanda, mors ſemper metuenda. Morbi ſecundi generis eſſe poſſunt, quin immo ſunt epidemici ſaepius, attamen benignioris indolis, niſi peiores euadant, culpa vel aegroti, vel medici, vel alia quadam cauſa ſuperueniente, qualis putridus noſocomiorum aer, plures aegroti in vno decumbentes conclaui.

Scholion.

Eſt communis, errans tamen opinio, medicos caſtrenſes medendis ciuium morbis eſſe ineptos. Putant enim, nullo niſi militari morbo

bo laborare milites, fabulantur, Heroes nonnisi heroicis medicaminibus morbo leuari.

§. V.

Cognita (§. 4.) natura singuli militaris morbi, cognitu et faciles sunt eorum causae. Cum alia causa sit proximior, aliae remotiores, de singulis seorsim dicam. Est igitur morbi militaris primi generis proximior causa, humorum putredo, et quicquid putres gignit vel reddit humores, remotior erit. Duplex autem modus, quo sanguis vel lympha putredine corripiuntur, alius vbi natura proni ad putredinem, alius vbi virus admiscetur. De spontanea humorum alcalescentia quis dubitat? Dixit ante me *Boerhaauius*, Illustriss. *Gerard L. B. van Swieten*, atque explicuit modum. Nimirum inedia, ira, ne dicam terror, solis aestus, motus vasorum debilis, quin immo nimia quies corporis et quicquid vasa laxat, immundities, cohibita perspiratio, citra virus, sanguinem ac lympham putrem reddunt. Putrescit subito, si admiscetur virus aere castrorum, nosocomiorum putri, cibo putri, potu, aqua inprimis e puteo hausta, putrescit a vermibus, qui hospitantur in humano corpore atque quisquiliis chylum inprimis conspurcant, simili labe sanguinem inficiunt. Aerem denique humidum simul et calidum magnam habere vim in concilianda humoribus putredine, inficias ibit nemo. Sed harum causarum nullam vitare potest miles, quod ex iis patet, quae circa diaetam militum dixi, partim ex iis apparebit, quae infra dicenda sunt, cum de singulis morbis seorsim dicam. Morbos secundi generis (§. 3. et 4.) vitium aeris requirere, epidemicam constitutionem medici vocant, in aprico positum est. Sed cum non sint maligni, putris materies non est. Plurimi lympham spissam, mucum vel pituitam tenacem magis minusue acrem, ali-

 quando

quando acredinem vix definiendam, peculiarem tamen, volatica qualitate praeditam, accuſant.

§. VI.

Super ſolutionibus morborum militarium quasdam animaduerſiones adponam, incipiens ab iis, quae docuit experientia. Raro autem ſolutiones vidi, quas medici vocant criſes perfectas, diarrhea, vomitio, ſcabies ſalubris, ſaepius viſae, ſaepiſſime autem tumores ex metaſtaſi. Quae quidem cauſa ſubeſſe mihi videtur, quoniam militum corpora viribus exhauſta, materies morbi cruda, tenax, cohaerens, vix reſolubilis, et quoniam peccatur ſaepius diaeta et regimine. Victus enim crudus, qualis durus et ater panis, caro: ptiſana vero mulcens, diluens, vix tanta hauritur copia, quanta ſufficit ad mulcendam, attenuandam materiem morbidam. Peccatur et ſaepius in noſocomiis circa regimen, ſi calidum nimis. Infauſta ſolutio, quae cito mortem adfert, gangraena ex diarrhea, dyſenteria, febribus, et tumor totius corporis flaccidus, pallidusue, ex febre acuta, de quo iam dixit Hippocrates Praeſag. L. I. Praeſagio I. Sequitur is tumor nonnunquam diuturna profluuia alui, et haec ſigna vtique ſummam virium imbecillitatem indicant, funeſtum praeſagiunt euentum. Peſſima ſolutio futura, cum neque mentis compos, qui aegrotat, neque primis ſtatim diebus vires vigent. Tunc enim aeger moritur die quarto, quintum vix viuit. Sed nec praetereundum et hoc eſt, quod ſaepius videre contigit, eam eſſe militaris morbi proprie dicti indolem, vt in lentas febres eius mutatio ſit facilis. Vermes viui ſi vomitu primis ſtatim diebus reiiciuntur bonum; ſi vero cum febris ardet, mortui euomuntur, vel per aluum reiiciuntur, cum ſimul adeſt diarrhea putrida, malum. De ſolutionibus ſingulorum morborum ſuo loco mentionem faciam.

§. VII.

§. VII.

De methodo medendi militaribus morbis aliqua notatu digna commemoranda ſunt. Qui ſunt maligni, putrido miaſmate ſuſcepto nati, his medetur acido vitrioli diluto, vini aceto, Corticis Peruuiani decocto vel infuſo frigido, decocto Serpentariae radicis, Nitro, Camphora, ſimilibus, quae abercent putredinem. In omni autem militum morbo ptiſana mulcens ex rad. Gramin. Scorzon. hordeo mundato, copioſe bibenda, remiſcenda cum Oxymelle ſimplici. Cum putris materies ſaepius haereat in ventriculo, primis viis, cum ſaliua deglutita, ilico eiicienda, patet, quam praeſtans ſit vſus medicaminum, quae virus modo quocunque ſuſceptum ilico foras protrudunt, ciendo vomitum vel aluum laxando. Neutiquam vero conducit draſtica in vſum vocare. Conuenit magis puluere ex rhabarbaro et ipecacuanha, portione aequali datis, vel anima rhabarbari, Tamarindorum pulpa, aluum ciere. Saepius puluis ex ipec. et rhab. parua etiam doſi, nimirum ad ſcrupulum dimidium, ſi propinatur, et vomitum mouet, et aluum laxat. De vſu cantharidum, quid multa dicam, cum ante me doctiſſimus *Kriſch*, pluribus dixerit verbis, nos iis vix carere velle.

Scholion.

Quae quidem a me commendata medicamenta, eſſe ſummae efficaciae, et auctorum exemplo, et longo rerum vſu edoctus, comprobare poſſum. De illius, quod vitriolum ſuppeditat, acidi praeſtantia, nemo dubitat. Et vini acetum multoties in his morbis, a putredine ortis, in peſte ipſa, laudauere. Corticis egregium in febre putrida, maligna, epidemica, vſum, experti ſunt nuper, Viri omni laude digniſſimi: *Bohadſch, in diſſ. de Synocho putrida epidemica, huius et elapſi anni, vermibus ſtipata. Reſp. Verbeck, Prag. 1758.* Obſeruationes habet factas apud Exercitus Sacr. Caeſar. Mai. *Langguth, Progr. de Cortice Peruuiano, medicina aduerſus febres populatiter*

titer grassant. Vitemb. 1758. *Vogel, Rud. August. in Act. Acad. Elect. Moguntin. Tom. I.* Conferatur simul *Scrincius, in diss. de legitimo vsu Cort. Chin. in febribus remittentibus. Resp. Petrzilka, Prag. 1750.* De vsu praeclaro Prisanae, diluentium, demulcentium, si largiori manu dantur, digna sunt lectu, quae dixit *Illustr. Anton. de Haën, Rat. medend.* P. I. Cap. I. Cap. II. inprimis p. 14. Vomitum in his morbis, quin Peste ipsa, esse vtilem, immo necessarium, suo iam tempore iudicauit immortalis *Frid. Hoffmannus, Med. Rat. Syst.* Nuper eius necessitatem euicit *Illustr. Crantz, in mater. med. et chirurg.* Tom. II. p. 137, et aluum esse purgandam, l. c. p. 140, nimirum si epidemica constitutio, vel saburra putris, in ventriculo, primis viis collecta, poscit. De Ipecacuanhae vsu specifico in febribus castrensibus, putridis, dixit *Pringlius* p. 227, in febre biliosa militum p. 233, *version. germanic.* Commiscet *Pringlius*, ipecacuanham, pro stimulo, cum tartari emetici grano vno, quo putris saburra eo citius eliminetur, at magna cautione opus est. Nemo vero tot tantisque laudibus ipecacuanhae vsum extulit, quam ille Patauinus Professor, *Carolus Gianella, diss. de admirabili radicis ipecacuanhae virtute in curandis febribus, tum autumnalibus, tum lentis, tum aliis, s. continuis s. intermittentibus, sedem in primis viis habentibus, Patau. 1754.* Cum haec diss. rara, lectu dignissima, vid. Relat. Erlangens. hebd. VI. Ann. 1756. et Gottingens. No. 149. 1755. Vesicantia quod attinet, obseruationes a nobis factas, rationibus superstructas, legere qui cupit, adeat *diss. Excell. Eberhard, de necessario vsu vesicatoriorum in febre castrensi Resp. Krisch, Halae 1761.*

§. VIII.

Et nunc de iis malignis morbis scribam, natis ex lymphae, seri putredine. Frequens nobis in vsu est mistura quaedam, quae recipit Aquae Foenic. mensuras quatuor, dimidiam, Aceti Vini mensuram vnam, dimidiam, Nitri depurati, salis volatilis cornu cerui ana, drachmas duas, Mell. Rosar. drachmas sex, Cochleatim sumenda. Ex qua quidem miscela

sal

ſal ammoniacale liquidum exſurgit, medicamen quod efficacia ſua ſeſe valde commendat. Similis miſtura noſtra *Mindereri* ſpiritu, adeo a *Pringlio*, atque aliis, qui fuere ab exercitubus, medicis, laudato. Profecto haec miſtura, putredinem et morbum depellit, vires reficit, perſpirationem auget, vt ideo a me vix ſatis laudari poſſit. Commendabat quoque ſe nobis potio, quae paratur coquendo Corticis Peruuiani partes quatuor, ſerpentariae radicis partem vnam cum aqua fontana, cui vitrioli ſpiritum inſtillauimus. Camphora cum amygdalis mulſis data, cui ſal volatile cornu cerui addere moris eſt, multos ſanauit. Cantharides emplaſtro diachylon ſimplici inſpergere, ſuris applicare, nunquam omiſi cum magna virium proſtratio indicaret, vim vitae incitandam eſſe. Docuit experientia camphoram amygdalis mulſis ſolutam, reliquis praeſtare propinandi modis, vnicum enim artificium in eo conſiſtere, mihi quidem videtur, vt in tali forma propinemus camphoram, qua citius humores permeare, atque ſic putridum expellere poteſt. Conſtat ſaepius a cantharidum vſu, externo etiam, vrinae ardorem, ruborem, eius obſtructionem produci, niſi ſat magna diluentium copia cantharidum acrimonia infringitur, at camphoram cum amygdalis ſubactam ſi dedimus, nil tale quid vidimus, atque ſic de praeſtantia methodi, quae camphoram hac forma ſimul impoſitis cantharidibus, ſuadet, edocti ſumus.

Scholion.

Ne videar, qui ſolus inuentis propriis gloriari velit, e re mea eſſe duxi, lecturos ablegare ad *Illuſtr. de Woltter*, *Pharmacop. militar.* qui idem de veſicantium vſu monuit, idem experimentum fecit.

§. IX.

De reliquis militum morbis (§. 3. et 4.) ſanandis breuis ero. Vena rariſſime ſecanda, ſunt enim longo bello corpora

viribus

viribus exhauſta, raro ſanguis abundat, nec bonus, ſed plethora, quae vocatur ſpuria, ſaepius morborum cauſa. Saepe in iunioribus facta ſolutione morbi, per ſanguinis e naribus ſtillicidium, non indicatur. Tandem ſi quae neceſſario incidenda vena, tunc id primis ſtatim fiat diebus, quisque intelligit; at elapſis ſaltim tribus diebus a morbi initio, ad nos aegrotus de caſtris adportatur, cum ſero nimis venam incideremus. Nec de nouis militibus, nec de iis morbis qui non ſunt militares, ſermo eſt. Parca doſis, at repetita, pulueris euacuantis (§. 7.) omnibus praeſtat. In omni autem morbo vermium ſuſpicio habenda, inde enim febres putridae, vomitio, nauſea, delirium, ſpaſmus, diarrhoea putrida, febres intermittentes, quartana inprimis, epilepſia, et his praeſentibus, ipecacuanhae cum rhabarbaro connubium ſummae vtilitatis inueni. Et camphorae et corticis vires in necandis eiiciendisque vermibus expertus.

Scholion.

De camphora anthelmintico ſcripſit inaug. ſuam diſſ. *Clariſſ. Prange*, defenſam Gotting. 1759. Corticem eſſe anthelminticum expertus eſt *Heiſterus in Comp. Prax.* item *Buchnerus in diſſ. de Anthelminticis Hal. 1748. §. 20.*

§. X.

Seorſim conſideremus militum morbos. Agmen ducat febris putrida, caſtrenſis, ſaepius obſeruata, non ſimili ſemper euentu ſanata. Haec febris pedeſtres copias premit magis, et legionem quidem aliam prae alia. Quibus enim contigit caſtra habere prope oppida *Doebeln*, *Roſſwein* vel in montibus prope Miſenam, quae dicuntur *die Katzenberge*, prae ceteris grauiter laborabant. Nouus miles, nondum adſuetus labori, moleſtiis belli, facile incidit in hunc morbum periculoſum, nec ita facile ex hoc conualeſcit. Conuenit

haec

haec febris cum catarrhali maligna, petechizante, raro enim exanthemata efflorescunt. Incipit horripilatione leni, artuum grauitate. Sequitur dein aestus vehemens, sititur multum, lingva arida, aspera, et tunc summum imminet periculum, cum nigra, squalore multo obducta. Vires modo languent, modo robur vi morbi adauctum, adeo, vt vehemens incipiente morbo conuulsio. Non omnibus eadem Symptomata. Quidam delirant, alii de capitis dolore conqueruntur, alii praecordiorum anxietates sentiunt, alii contra morbi decursum placide ferunt. Optima solutio sudor multus, melior diarrhoea salubris, bona tumor ex metastasi ad musculos maiores inprimis, pectoris, item ad lumbos ac occiput. Quibusdam sputum copiosum, mucidum, ad puris nonnunquam naturam accedens, in his vero metuenda phthisis, lenta febris, tabes, morbus longus. Tumor pallidus, flaccidus totius corporis, mortem praesagit, et moritur aegrotus, cum diarrhoea putrida, nullis cedit remediis. Quidam gangraena moriebantur. Et hic morbus complicatus interdum, modo enim vermium progenies periculum adfert; nunquam vero alius morbi medicina existit. Cum de vermibus loquor, non ita intelligendum est, ac si in omni febre castrensi, de qua nunc ago, adsint, nec febris putrida, quae a vermibus nascitur, pro castrensi vera est habenda. Causas quod attinet remotas, ego quidem persuasus sum, non vnam alteramue sufficere ad producendam nostram febrim. Illa regio, vbi castra et opere et loci natura munitissima, vallibus montibusque circumdata et paludosa est, aqua ibidem turbida, insectorum ouulis inquinata. Accedit ad hoc, plurimum annorum spatio castra ibi fuisse, hinc sordes, putrida effluvia accumulantur. Denique herbarum, quae ad victum pertinent, inopia, humores ad putredinem disponit. Peccatur et hiberno tempore, nimio aestu, dum hypocausta vapo-

ribus humidis repleta, nimium calefaciunt. Quo ſe defenderent milites, contra perfrigidam tempeſtatem, cum hiberna non haberent nuper, foſſas effodiebant, ſub terra habitabant, de qua nociua conſuetudine iam de militum auertendis morbis dixi, eam cauſis morborum adſcripſi. Ex tam plurium cauſarum concurſu, febrim caſtrenſem, ſcorbutum, et alios militum morbos naſci, ego quidem iudico. Febris, quae noſtra eſt, medelam ex parte iam explicui (§. 7. et 8.) Nimirum ſanauimus Ptiſana multa, acidis dilutis, camphora, Oxymelle ſimplici, Potione ex Cortice et ſerpentaria, immo illa, cuius deſcriptionem dedi (§. 8.) Nonnunquam propinauimus miſturam ex Caſcarill. Eſſentia, nupta cum miſtura ſimplici, ſpiritu nitri dulci, item camphoram in tali miſtura ſolutam propinamus, ſi vires languent, ſimul de imponendo emplaſtro, cantharidum puluere adſperſo, praecipimus. Sed nec vnico contenti ſumus, plures enim adplicare conducit, ſi morbi atrocitas expoſcit. Cum fracta eſſet vis morbi, nunquam negleximus Corticis in ſubſtantia vſum, per aliquot dies continuare. Praeuertitur ſcabiei malignae, ſi Cortici admiſcetur mercurius dulcis, omnis enim materies morbi, quae adhuc in corpore reſtat, ſic ſenſim eliminatur. Elixirio, quod conficitur ex amaris extractis, Abſynth. Gent. rubr. Cent. min. Pomor. aurant. virid. Trifol. fibr. ſolutis Vini Spiritu et aqua menthae, addito nitri Spiritu dulci, oleo vitrioli, frequenter vtimur ad vires refocillandas.

Scholion I.

Non omnibus eadem eſſe ſymptomata dixi, quod proprio exemplo teſtari poſſum. Cum ab exercitu, menſe martio, anni elapſi, Torgauiam redux, horripilitiones et capitis dolores ſenſi, laſſitudo membra tenebat. Frigus calor excipiebat, calorem frigus, donec laſſus die quarta dormire cepi. Cum euigilarem febrilis aeſtus vehemens cruciabat me, impotens eram animi, iterum dormire cepi,

nec

nec per viginti quatuor dies mentis compos. Febris acutiſſima, periculoſis ſtipata ſymptomatibus, ſopore, ſtertore, anhelitu, ſuffocationis metu, conuulſionibus, intermiſſione pulſus. Diem circiter decimam octauam purpura alba ſuperueniebat, nec tamen delirium ceſſabat.

Scholion II.

Corticem, camphoram et mercurium eſſe in militaribus morbis efficaciſſima remedia, ex variis locis noſtrae diſſert. patet, id quod etiam obſeruationibus et experimentis ab aliis factis, confirmauimus. Eadem vero medicamina et in aliis febribus epidemicis eſſe proficua, ante hos octo annos docuit *Ioſ. Beneuato, in diſſ. hiſt. epiſt. ad Clariſſ. Iac. Barthol. Beccarium, qua epidemicae febres — deſcribuntur, nec non mercurii atque Corticis Peruuiani vſus rationi ſubjicitur. Lucca 1754. 4t.* Euacuatis mercurio ſordibus, camphoram dedit, dein puluerem propinauit ex Corticis partibus tribus, et mercurii viui parte vna. Plura vid. apud Auctorem. Nota ſunt Experimenta *Schreiberi* circa mercurium in Peſte facta.

§. XI.

Scorbutus, militaris morbus, nunc meam attentionem meretur. Non maculas ſolum vidi diſperſas, ſed et membra integra indurata, colore liuido, ſubnigro. Gingiuarum putredo modo ab initio morbi adeſt, interdum longo temporis interuallo demum accedit. Gradu differt ſcorbutus, et ſummum adeſſe iudicamus cum integra membra indurata nigreſcere incipiunt, foetidum, putridum ſpirant odorem. Quibus ſi diarrhoea ſuperuenit, tunc maximum inſtat periculum. Maculae liuidae, duriuſculae, ſignum certiſſimum conſtituunt, interdum vero ſcorbutus ſub forma incedit varia, et exercitatiſſimos in arte viros decipit, quorſum pertinet aſthma ſcorbuticum, dolores atrociſſimi, cum nulla adhuc macula vel partium mollium induratio adeſt. Cauſas ſcorbuti noſtri detegere,

vix ardua res eſt, quisque enim, qui ea, quae de militarium morborum indole (§. 5.) dicta ſunt, perpendit, facili negotio perſpicere poteſt, eiusmodi lentorem putridum, a laxatis ſolidis, tempeſtate pluuioſa, humido aere, vegetabilium inopia, putridis caſtrorum, paludum, exhalationibus, aquae turbidae, vermium ouulis et quisquiliis inquinatae, potu, immunditie, et ſordibus vix repurgandis, vel euitandis, oriri poſſe. Sanauimus morbum Elixirio ex extractis Scordii, Abſynthii, Cardui benedicti, Enulae, Fumariae, Aurantiorum viridium, globulis martialibus, ſolutis ſpiritu vini et aqua foeniculi, menthae, ſolutioni inſtillauimus olei vitrioli portionem, item liquorem cornu cerui ſuccinatum. Decoctum pro ſcorbuticis ex radicibus mulcentibus acrimoniam, item ſtrobulis pini, baccis iuniperi, conſtat. Herbas antiſcorbuticas recentes, cum ſtrobulis pini et foeniculi ſemine, aliis, remixtas, cum aqua ebullire curauimus, et ſemper egregius inde effectus. Cortex Peruuianus in ſubſtantia, zedoaria radix, pulueriſata, item camphora, medicamina fuere efficacia. Acidum vitrioli dilutum aqua multa, per ſe datum, multos perſanauit. Infuſum armoraciae, vel cum cereuiſia, vel vino albo paratum, eſt notum quidem, aſt praeſtantiſſimum remedium. Euacuantia nonniſi lenia conducunt, quem in finem dedimus Tincturam rhabarbari aquoſam, commixtam cum aliqua portione liquoris anodyni, quae tinctura ſic parata in officinis noſtris proſtat. Externorum vſus vtique fuit ſalubris, non ſemper vero eadem remedia externe applicata conducunt, modo ſpecies pro ſcorbuticis, coctas cum aqua, ſpiritu vini admixto, fomentationis loco praeſcripſimus, modo reſiduum ſpecierum, vel fomentationem ex aqua fontana, ſale ammoniaco, et globulis martialibus, addito ſpiritu vini. Nonnunquam fomentatio ex aqua calcis viuae, aceto vini, ſapone, et ſale ammoniaco,

niaco, vtilis fuit. Interdum vero Balſamum vitae officinarum pro vſu externo, cum lacte coctum, induratas partes molles reddidit. Ad gingiuarum putredinem ſatisfecit linimentum ex Myrrh. Eſſ. Melle Roſ. et Spiritu Salis acido, vel magis compoſitum, ex Myrrh. Eſſ. S. alcali, Tinctura terrae catechu, Balſamo Maſtichino et melle roſarum.

Scholion.

Easdem ſcorbuto cauſas attribui, a quibus febres caſtrenſes naſci, dixeram. Ne quis vero hoc vitio vertere velit, rationes, cur fecerim, adducam. Non excidit ex animo, me (§. 3. 4.) naturam morborum, qui proprie militares dicuntur, putredinem dixiſſe. Quod quidem exitus in ſphacelum, et remedia iuuantia, acida nimirum, Cortex, Camphora, Mercurius, Cantharides, item euacuantia, quae repetita vice data, proſunt, teſtantur. His addo contagionem et epidemicam conſtitutionem, et cauſarum concurſum, quae ſingulae, vt humores putrescant, efficiunt. Qui fit, vt differentia ſcorbutum inter, et febrim caſtrenſem putridam, vel diarrhoeam, vix tanta ſit, quanta hucusque ſuſpicabatur. Ab iisdem ergo cauſis et febris putrida et ſcorbutus oriri poſſunt, in qua ſententia conſentit mecum *Pringlius*, cuius propria verba p. 441. adduci merentur. Wenn die Schärfe groß und plötzlich iſt, ſo wird ein Fieber oder Durchfall darauf erfolgen: wenn aber die Anhäufung ſo langſam geſchiehet, daß der Cörper der Fäulniß gewohnt wird, ſo gewinnt ein Scorbut die Oberhand. Confirmatur haec mea ſententia magis magisque, cum nullam niſi, quae a putredine nata erat, ſcorbuti ſpeciem, in noſocomiis obſeruare licuit, qua experientia ſuffultus, cum *Pringlio* (l. c. pag. 443. et 444.) omnem ſcorbutum ab acido figmentis adnumerare eo minus dubito.

§. XII.

Diarrhoeae nunc mentio facienda, quae vel vt morbus, vel vt ſymptoma, conſideranda venit. Dicam de vtraque quod experientia docuit. Diarrhoea, morbus, oriri poteſt, a frige factio-

factione corporum, folis radiis vel nimio motu ex aeftuatorum, quod fit inprimis tempeftate auctumna, item ab aqua frigida ingurgitata. In hoc cafu, vel a perfpiratione impedita nonnifi laxitas adeft inteftinorum, vel quod peius, inflammatio. Sed haec diarrhoeae fpecies, ex mea quidem fententia, militaribus morbis vix adnumeranda. Occurrit alia, quae maligna eft, et haec eft illa, de qua nunc fpeciatim fermo habendus. Et huius morbi caufam proximam, in putrida humorum refolutione, folidorum relaxatione, quaerendam effe, ego quidem iudico. Caufae remotiores ab iis vix erunt diuerfae, quae faepius iamiam funt expofitae. Plura qui fcire cupit, nec mihi foli credendum effe putat, is adeat *Pringlium* l. c. pag. 96. feq. Diarrhoea frequens morborum militarium fymptoma et folutio fuit obferuata, in febre inprimis putrida caftrenfi, fcorbuto et aliis etiam morbis, qui vel improprie dicuntur militares, vel communes funt (§. 3.) Quod nunc medelam refpicit, fic ftatuendum cum in omni diarrhoea primarum viarum impuritates, vel humorum impurorum collectio adfit, illam nunquam primis ftatim diebus effe cohibendam, fed lenibus tractandam euacuantibus, quibus fimul corrigentia interponenda, tunc tandem, educta materia, conuenit roborantibus vires reficere. Educunt blande rhabarbari puluis, ad grana quinque, ter de die, vel etiam puluis ex rhabarbari puluere et ipecacuanha, ana, tribus vicibus quauis die ad grana quinque, propinandus, vel anima rhabarbari aquofa. Corrigunt demulcentia quaeuis, fpeciatim auenae decoctum vel Sydenhamii album, Gummi arabicum folutum, demulcent et olea, quae vero rancida non fint, et exulent, vbi putredo. Corrigens puluis concinnatur ex rhabarbaro, nitro, conchis, antimonio diaph. etc. Diarrhoea putrida compefcitur decocto ex ferpentariae virginianae radice, item Corticis Peruuiani, Cafcarillae,

rillae, decocto, quae et miſceri poſſunt, et acidulari vitrioli ſpiritu. Extractum ligni Campeſcani, ſolutum aqua menthae, non *Pringlio* ſolum, ſed et nobis ſatisfecit in medendis militum putridis alui profluuiis. In leniendis doloribus fomentationes calidae vim habent remedialem.

Scholion.

Quae ſit cauſa, cur alui profluuium frequens morborum ſolutio, nunc diſſerere nolui, cum ex antecedentibus pateat. Et plures diarrhoeae ſpecies omiſi, quoniam non pertinent ad meum argumentum.

§. XIII.

De dyſenteria breuis ero, licet enim militaris morbus, tamen haud ita frequenter apud nos occurrit. Si vero miles dyſenteria corripitur, tunc benigna non eſt, licet hoc verum, dari malignitatis gradus. Nec oritur a cibis vel potu, ſed vel contagione, vel ab humoribus ſenſim ſenſimque ita mutatis, donec putridi fiant. Docuit experientia, ſi plures, qui dyſenteria laborant, in eodem decumbunt conclaui, vt morbi malignitas eo ſemper maior. Si quis porro dyſenteria laborat, ii vero, qui proxime adiacent, alio morbo, tunc haud raro in dyſenteriam incidunt periculoſam. Remedium inſignis vſus nobis ſemper fuit in dyſenteria, puluis euacuans, ex ipecacuanha et rhabarbaro, quem ter de die ad quinque grana dedimus. Veſpertinis horis propinauimus puluerem ex Cort. Peruu. l. Caſcarill. Succin. Camphora, MP. de Cynogloſſ. etc. Decoctum Serpentariae, Corticis Peruuiani, acidulatum phlegmate vitrioli, Caſcarillae extractum, ſolutum, vel campeſcani ligni, magno vſui fuit.

Scholion.

Ipecacuanham post *Heluetium*, *Pisonem*, *Pringlius* noster, p. 258, commendat, parca dosi, sed repetita vice, propinandam. Ex Anglis commendat etiam *Samuel Pye*, cuius experimenta legi possunt in **Versuchen und Bemerkungen einer Gesellsch. Aerzte in London B.** I. qui radicis ipecac. connubium cum rhabarbaro mirifice laudat. Ex Italis *Gianella*, qui nitrum admiscet, quod etiam fecit *Ellerus*, *Obseruat. Berol. 1762. 8v.* Cap. *de Dysenteria.* In *Dania* vtilem inuenit *Buchwald*, cuius formula etiam legitur in Clariss. *Loesecke mat. med.* concentr: edit. 1761. p. 7. et 59. In *Gallia* nuper etiam vtilis fuit. Vid. *Navier sur plusieurs maladies populaires, qui ont regnè depuis quelques anneès à Chalons sur Marne, et dans une partie de Royaume, à Paris 1753. 12.* Is primo dabat puluerem ex ipecac. rhabarb. et nitro, dein rhabarb. cum Cortice Peruu. Plures allegat auctores *Illustr. Crantz, mat. med.* T. II. p. 139. Cortex Simarouba, vel Cymarouba, parum vtilis fuit, quem tamen olim commendabat *Iussieu*, *Degnerus*, *Hoffmannus*, *Crellius*, aliique Viri, fide dignissimi. At vix miror, cum perpendo, quanta esse possit constitutionis epidemicae varietas.

§. XIV.

Scabies maligna, militibus adeo frequens, nunc agmen claudat. Est illa saepius solutio febris putridae, item comitatur scorbutum, quod quidem ob virium imbecillitatem, laxatum corpus, et exhalationes aegrotantium in noscomiis decumbentium putridas, vix aliter esse ~~[illegible]~~ potest. Prorsus differt haec nostra scabies maligna, ab illa, quae oritur ex humorum vitio, quod infert virus a venere sic dictum venereum. Conspicuae sunt a morbi initio vesiculae paruae, sero repletae acri, pruriente, mox apparent ulcera, tumores, glandulae fiunt tumidae, materies suppurat, dolor et ardor vehemens, febris acuta, vigiliae perpetuae, nec cessant pustulis etiam incisis, apertis, purificatis, mox enim noua materies vlcuscula replet, serpentia fiunt vlcera, inflammantur labia

bia et partes proximae. Fiunt dein cruſtae et membra porrigine plena, femur inprimis vtrumque, brachia, manus; apparent maculae, liuidae, fuſcae, duriuſculae, vix emolliendae. Miratus ſum ſaepius, intra breue temporis ſpatium, tantam puris copiam fieri, nam licet modo vlcus mundificatum, tamen intra horae dimidiae ſpatium, ſat magnam puris copiam iterum inueni. Dolor adeo vehemens, vt, licet regimen bonum, ſaepius conulſiuis motibus ſcabioſos cruciari repertnm ſit. Medetur huic morbo medicamen efficax, cuius inuentio, vti plurium, debetur *Perilluſtri* COTHENIO, quodque audit *Potio pro Scabioſis*, quae recipit oleum vitrioli, affuſa aqua menthae, foeniculi, diluendum, et cui floribus papaueris rhoeados amoenus conciliatur color. Haec potio cochleatim per vices ſumenda, ſimul vero ptiſana mulcens acredinem copioſe bibenda, atque aluus laxanda puluere ex ipecacuanha et rhabarbaro, vel radice ialappae pulueriſata. Retrogreſſae Scabiei medemur cantharidibus ſuris imponendis, et camphora emulſionis forma data. Cortici Peruuiano et in hac maligna ſcabie ſananda, virtus eximia vix deneganda, quae tunc imprimis conſpicua, ſi uermes ſimul adſunt. Diarrhoeae medetur puluere euacuante, cuius formulam et propinandi modum aliquoties deſcripſi,, is tunc maxime conducit, cum vermes indicantur.

SCHOLION.

De Scabiei ſpeciebus et olei vitrioli diluti vſu in hac ſpecie, pluribus diſſeruit Collega noſter aeſtumatiſſimus, *Clariſſ.* HELLMICH, *in diſſ. de Vſu interno olei vitrioli diluti in nonnullis ſcabiei ſpeciebus, Halae 1762.* defenſa, qui ſimul formulam potionis pro ſcabioſis communicauit, ad quam docte conſcriptam diſſertationem lecturos ablegare eo minus dubitaui, cum lectu digniſſima ſit.

§. XV.

Atque haec quidem ſufficiant, de militum morbis, proprie dictis, diſſeruiſſe. Probant enim ſatis meam de militum morbis ſententiam, quos experientia propria, et obſeruationibus permultis ſuffultus, putridos, malignos, contagione natos, dixi. Quamquam enim ſub varia forma ſint conſpicui, tamen illorum differentia tanta non eſt, quanta forſan creditur. Simplex medendi methodus ſufficit, et medicaminum farragine haud opus eſt, valet enim etiam in medicina caſtrenſi haec regula: *medicamenta tempore data proſunt.* Plura quidem addere potuiſſem, de reliquis militum morbis, item de iis, quos communes appellaui, ſic enim de febrium intermittentium natura, de hydrope, aſthmate, phthiſi, epilepſia, morbis a vermibus, ictero, vtiles et obſeruationes et adnotationes adponere potuiſſem, at, nec temporis ratio, nec opuſculi limites, permiſere. Condonari velit L. B. ſi quaedam minus recte dicta, haec enim tractatio eo tempore ſcripta, cum vires a morbo eſſent fractae, cumque mens non ab aliis rebus vacua atque tranquilla. Conamina haec, ſi teſtantur,

Regis me eſſe totum atque Eius vſui me vitam impendere

Satis Eſt.

INTRODVCTIO IN NOTITIAM SCRIPTORVM MEDICINAE MILITARIS.

Cum nemo, quantum ego ſcio, de notitia ſcriptorum medicinae militaris, ſollicitus fuerit, operae pretium eſſe duxi, quotquot innotuere mihi, enumerare. Non quidem omnes enumerauiſſe, facile largior, at hoc monentes reputare velint ſecum, cupio, me nunc non inſtructum fuiſſe praeſidiis, quibus abundemus neceſſe eſt, cum notitiam completam tradere lecturis, animus eſt. Specimen ergo ſaltim eſto, politius aliquando edendum, atque auctariis locupletandum.

§. I.

Hygieine militaris.

1) HILSCHER, *Sim. Paul.* diſſ. inaug, de Principum, militiam ſequentium tuenda valetudine. Reſpond. *Io. Mich. Segner*, Ien. 1734.

2) SCHNEBERGER, *Ant.* de bona militum valetudine conſeruanda, Cracouiae 1564. 8v.

3) EWALDT, *Beni.* de conſeruanda militum ſanitate, Regiom. 1719. 4to.

4) ALBERTI, *Mich.* diſſ. de militum valetudine tuenda. Reſp. *Carol. Ludou Storch*, Halae 1729.

5) HOFFMANN, *Fr.* diſſ. de militum valetudine tuenda in caſtris. Reſp. *Io. Geo. Leſſer*, Hal. 1735.

6) PORTII, *Luc. Ant.* de militis in caſtris ſanitate tuenda, editio nouiſſ. longe correctior; acc. *Io. Valent. Willii*, Tractat. de morbis caſtrenſibus, curante *Io. Christoph. Rieger*, Hag. Comit. 1739. 8v. mai.

Placet simplex et verus. Multa habet de aere et aqua, et atmosphaera humana, de praestantia aquae calidae in diaeta, de depurgandis aquis, quae omnia vera sunt et factu non difficilia. Scripsit 1686.

Haller, in Method. Stud. Med. Boerhaauii.

7) ALBERTI, *Mich.* diss. de praeseruatione morborum militarium. Resp. *Dan. Dreisou, Hal. 1745. Opella vix lectu digna.*

8) DELIVS, *Henr. Fr.* diss. de Diaeta castrensi. Resp. *Zeisser*, Erlang. 1757.

Quaedam notatu digna continet, noua partim, partim ex Pringlio nota. Sed quaedam praecepta, licet vera, ob id, quod adplicari non possint, in cassum data sunt.

9) BVCHNER, *Andr. El.* diss. de habenda Climatis ratione, in conseruanda militum valetudine. Resp. *Knecht*, Hal. 1758.

10) Krüger, Joh. Gottlob, Unterricht wie ein Soldat ohne Arzneien seine Gesundheit erhalten, und sich curiren könne, Halle und Helmstädt 1758. 8v.

Titulus speciosus quidem, at plura promisit auctor, quam quae praestare potuisset. Ne dicam de singulari medendi ratione, quam commendat in morbis a venere illicita ortis.

11) SIEGWART, *Geo. Frid.* diss. de Aere et alimentis militum, praecipuis hygieines militaris momentis. Resp. *Carl. Phil. Dietz*, ab Exercitu Imperii, Circuli Bauarici, Medico denominato, Tubing. 1762. Vid. Acta Erlangens. publica, hebdom. XII. 1762.

Potiora momenta ex Pringlio quidem nota sunt, licet eius mentionem ne verbo quidem fecerit, lectu tamen digna.

12) le Medecin d'armee, contenant des moyens aises de preserver de maladies et de guerir les gens de Guerre, par *de Meyserey*. Medecin des Armeès du Roi de France, à Paris 1755. 12.

De tuenda militum sanitate scripsit

a) VEGETIVS, de Re militari, Libr. III. Cap. II.

b) DE VILLANOVA, *Arnold.* in Opper. quae prodiere Lutet: Paris. 1509, item Venetiis 1514. fol. De regimine tractat.

c) GEHEMA, in libro infra citando, cui titulus: Der krancke Soldat.

d) WILLIVS, de quo §. 3.

e) PRIN-

e) PRINGLIVS, in Obseruat. Part. II. Cap. III. pag. 106--130, versionis germanic.

f) SWIETENIVS, in libello infra nominando, undecim praecepta dedit.

§. II.

Medicus Castrensis.

Militum Morbi in Genere.

1) A GEHEMA, *Ianus Abrah.* Eques Polonus, Med. D. Wohlerfahrner Feld-Medicus Hamburg 1684. 12.

Ex *Bontekoi* Schola, homo audax et vagabundus. *Haller, in Method. stud. Med.* Perstringit errores medicorum et chirurgorum. Pharmacopoeam militarem continet.

2) GOTTSCHED, *Io.* Diss. Medicus castrensis, exercitui Moscovitarum praefectus. Resp. *Io. Deodato Blumentrost*, Regiomont. 1700.

3) FLECK, *Aug.* diss. inaug. Idea boni medici castrensis. Altorf. 1721.

Quibus instructus esse debeat praesidiis, delineauit, simulque notitiam scriptorum, quae vero manca, suppeditauit.

4) von HOERNIGK, *Lud.* Politia medica, oder Beschreibung dessen, was die Medici, sowohl insgemein, als auch verordnete Hof-Stadt-Feld-Hospital- und Pest-Medici, Apothecker, Wundärtzte, und endlich die Patienten selbst zu thun, und in Obacht zu nehmen. Franckfurt am Mayn, 1638. 4to.

Aliquo iure in nostro catalogo locum sibi vindicat.

5) A GEHEMA, Krancker Soldat, sampt einer Feld-Apotheck, Hamburg, 1690. 12mo.

Belli duces instruit circa militum diaetam, ac medicamina et auxilia chirurgica recenset.

6) Stoellers, Joh. Aug. Hist. Med. Unters. des Wachsthums des Menschen in die Länge, ingl. was Soldaten von ihren gemeinsten Maladien und deren Curen zu wissen nöthig haben. Magdeb. 1729. 8vo.

7) ROGG, *Io. Ignat.* diss. de Morborum castrensium perniciei causis. Altorf. 1735.

8) STAL,

8) STAHL, *Ivo Ioann.* diss. de militum morbis praecipuis, horumque curatione. Erford, 1735.

9) Essai de Medicine a l'usage des pauvres gens, de la Campagne, par Mr. *Vignon.* Paris. 1745. 12.

Pars altera morborum continet historias. *Haller, in Method. Stud. Med.*

10) IVCH, *Herm. Paul.* diss. de Morbis castrensibus. Resp. *Wagner*, Erford. 1742.

11) Obseruations on the diseases of the Army in camp and gerrison; in three parts. With an Appendix containing some papers of experiments read at several meetings of the Royal society. By *Iohn Pringle*, M. D. F R S Physician General to his Majesty's Forces employed abrrad, during the late war. London, printed for a Millar and D. Wilson and T. Payne 1752. 8. maj.

Dignum sane quod medicorum excitet attentionem, eam inprimis ob causam libri huius argumentum esse videtur, cum a nemine medicorum, qui ipse castra sequutus esset, huc vsque fuerit pertractatum, vt morbi non solum, qui inter milites solent esse frequentiores, sed et medicorum, quibus eorum cura commissa fuit, officia, satis adhuc et de industria explicata sint. Laudem itaque et gratias omnino meretur Cl. Auctor, quod, cum summa sanitatis militum Anglicorum cura tempore belli istius, ante hos aliquot annos in quibusdam Germaniae ac interioris Belgiae prouinciis gesti, ipsi fuerit tradita, obseruationes, quas faciendi colligendique nactus fuerat occasionem, annotauerit, easque deinde in suum ordinem digestas, publici nunc vsus fecerit, quae omnino ita comparatae sunt, vt magna atque communis inde prouenire queat vtilitas, quam ob rem translationem earum in vernaculam nostram linguam, ab aliquo docto viro suscipiendam, merito optamus. — — *Commentar.* de Reb. in Scient. naturali et medicina gestis Tom. II. Par. III. pag. 393. sequ. Suscepit eius rei laborem in se Clariss. *Greding.* qui etiam germanice vertit Osteogeniam, auctore Robert Nessbitt, prodiit enim

Johann Pringle's Beobachtungen über die Kranckheiten einer Armee, sowohl im Felde, als in Garnison, in drei Theilen, nebst einem Anhange einiger Versuche — übersetzt, von **Johann Ernst Greding**, Amts-

Amts-Stadt- und Land-Physic[illegible] in [illegible], Altenburg [illegible] 8v. mai. Vid. Illustr. *Vogelii*, Com[illegible], [illegible] Bibliothek, B. 2. St. 2. S. 107-143.

12) Medical facts and experiments, by *Franc. Home*, D. [illegible] London 1759. 8v. mai. Vid. Acta Erlangens. public. hebdom. XXX [illegible] Anni 1760.

Fuit quondam auctor, duce [illegible], Medicus ab Exercitu Regis Magnae Britanniae, nunc medicinam facit in Scotia. Quas Pringlius omisit obseruationes, et proprias animaduersiones proponit, hinc liber perutilis, quem commendamus iis, quibus curae cordique est, naturam morborum militarium paulo maiori cum cura, ac saepius fit, indagare.

§. III.
Militum Morbi in specie.

1) DICKELII, *Martini*, Antidotarium militare, Ien. 1627. 12.
Nunquam vidi, ex aliorum recensione didici pathologiam continere.

2) WILLII, *Io. Valentin.* de morbis castrensibus internis, Hafn. 1676. 4to. Prodiit altera editio Hagae Comitum 1739. 8vo. Adiecta est epistola *Thom. Bartholini*, qui hunc librum magni facit pretii.

Scripsit auctor de morbis castrensibus in genere, speciatim de peste militum, febribus malignis, scorbuto, Lue Gallica, catarrhis, debilitate ventriculi, alui profluviis, tam praeseruandis, quam curandis. Vid. §. I. hui. introduct. titul. *Portius*.

3) COBERI, *Tob.* quondam Physici Castrens. Caesar. Obseruationum hungaricarum Decades III, cum indice et praefatione *Henr. Meibomii*, Helmst. 1685. 4to. Editio prima libri huius prodiit Frf. 1608. 8.

Meibomius hunc librum valde commendat, quin putat, anteponendum esse ceteris. *Kaestner*, in Bibliotheca med.

[illegible]) LVDOVICI, *Dan.* von Soldaten-Kranckheiten, von der Ruhr, und andern Epidemischen Kranckheiten, herausgegeben von David Kellnern, Gotha 1685. 12.

Breue quidem compendium, at laudant nonnulli, inprimis regulas therapeuticas commendant. *Kaestner.*

Innotuit

Innotuit mihi ex *Hallero*, eiusdem libri alia, quae eodem prodii anno, editio, cuius inscriptio haec est.

Daniel Ludovici, zwei Tractätlein von Feldkranckheiten und Rother Ruhr, vermehrt mit einer Nachrede von hitzigen Fiebern, Masern, Blattern, Seitenstechen. Mühlhausen 1685. 12. Recus. Chemnitz 1691. 8v. item Leipzig 1702. 12.

Ludouici Opp. omn. c. Praefat. *Io. Conr. Michaelis*, prodiere Frf. 1712. 4to. Sistuntur etiam in hac editione de morbis castrensibus liber et de dysenteria libri duo.

5) Storch, Joh. Theoretisch und Practische Abhandlung von Kranckheiten, welchen erwachsene Personen, vornemlich aber Soldaten unterworffen zu seyn pflegen. Eisenach, 1735. 8v. Item non mutata editio, ib. 1758. 8v.

6) Kramer, Joh. Georg Heinrich, ehemaligen Kaiserlichen Feldarztes Medicina Castrensis, oder bewährte Artzney, wieder die im Felde und Garnisons, unter Soldaten graßirende Kranckheiten. Zwey Theile, Nürnb. 1740. 8v. Prodiit iam 1735. primo.

Tractat morbos, morborum caussas, et quae his debetur medelam. Medicaminum formulas, simplicium et compositorum selectum, at minus selectum adiecit Meliorem scripsit Dominus *Rumpelt*, Chirurgus Dresdensis. Sunt qui laudant *Krameri* librum, sed quod laudarem vix inueni.

7) Schaarschmidt, Sam. Abhandlung von Feldkranckheiten, in zweyen Theilen heraus gegeben von D. Kurella. Berlin, 1758.

Prodiit post obitum Schaarschmidii, ex cuius schedis edidit *Kurella*. Tractat Pathologiam et Therapiam, — — —

§. IV.

De Quibusdam Militum Morbis Seorsim.

1) FONSECA, *Ant.* de Epidemia febrili in Exercitu R. Catholici in inferiori Palatinatu 1620-21. Bruxell. 1623. 4t.

2) VRSINVS, *Chph.* Diss. de Lue castrensi, s. peste priuata militum, vulgo febre ungarica vocata. Resp. *Lubert Erbenio*. Frf. ad Viadr. 1650.

3) MEL-

3) MELCHIOR, *Paul*, Diss. de Morbo castrensi. Giess. 1675.
4) SCRETAE, Heinrich, Bericht von der Lagersucht. Scaphus. 1655. 8v. Idem de Febre castrensi maligna, s. mollium corporis humani partium inflammatione dicta liber!, in latinum versus, recognitus et auctus. Scafus. 1686. 8.

Historiam morbi epidemici describit, cuius causam in veneno, seu mamateria febrili ponit, mollium partium inflammatione. *Hallerus* l. c.

5) CRAVSE, *Rud. Willh.* Diss. de Morbo castrensi, Resp. *Io. Herrmann*, Ien. 1704.
6) EYSEL, *Henr. Phil.* Diss. de Febre Castrensi, von der Pohlnischen und Ungarischen Kranckheit. Resp. *Rud. Chrph. Iacobi*, Erford. 1716.
7) MOLITOR, *Franc. Ios.* diss. de febre continua maligna, et intermittente tertiana, vtraque ad Rhenum Ao. 1734 - 1735. epidemica castrensi, Heidelb. 1736.
8) HILSCHER, *Sim. Paul.* diss. de morbo epidemico castrensi, ab initio veris Anni 1735. in castris ad Rhenum, et in viciniis grassato. Resp. *Chrph. Ferdinand. Hoelder*, Ien. 1736.

Continet febris historiam, eiusque causarum disquisitionem, vnacum medela.

9) SCRINCIVS, *I. Ant. Ioseph.* diss. de genuina notitia febrium malignarum, praesertim exanthematicarum in genere, et de febre castrensi Gallorum, quae cum ingenti eorum strage per totum regnum Bohemiae grassabatur, Prag. 1743.
10) BRANDHORST, *Frid.* diss. historia febris castrensis, Leidae 1746.
11) GLOXIN, *Matth.* diss. de Dysenteria castrensi, Arg. 1680.
12) VESTI, *Iusti*, diss. de Dysenteria castrensi. Resp. *Io. Ierem. Koeler*, Erford. 1704.

§. V.

Pharmacopoea Militaris.

1) MINDERERI, *Raimundi*, medicina militaris, seu libellus castrensis, euporista ac facile parabilia medicamenta continens: Das ist: gemeine Handstücklein, zur Kriegs-Arznei gehörig, mit wohlgegründeten Experimenten gezieret, Augsp. 1620. 8v. item ib. 1623. 12.

Laudat Conringius libellum in Introduct. in Art. med. Cap. VII §. 13, ac §. 4. Cap. XII, dicit, esse libellum quidem paruum, a perutilem. Et *Pringlio* carus *Mindererus*, qui Mindereri spiritu frequenter vsus. Prodiit deinde

Neu verbesserte Kriegs-Arznei, an Tag gegeben durch *Raymund Minderer*, der Arznei Doctorn, Churfürstl. Durchl. zu Bayern Rath und Leib-Medicum, auch der Kaiserlichen Reichsstadt Augspurg bestellten Physicum, Nürnb. 1667. 12.

2) HILDANI, *Guil. Fabric.* Feld-Arznei-Buch, Basel 1613. 8v.

3) Kern der ganzen Medicin, worinne auf die kürzeste Art die Arznei-Mittel, so bei den vornehmsten Krankheiten nothwendig sind, in Recepten angegeben werden, daß ein jeder sein eigner Arzt sein könne, auf Befehl des Herzogs von Cumberland, zum Gebrauch des Kriegs-Hospitals, von denen Königl. Leib-Aerzten, Wund-Aerzten, Ober-Wund-Aerzten und Ober-Apothecker zusammen getragen, aus dem Englischen ins Teutsche übersetzt, Rudolstadt 1752. 8v.

Reticendum est iudicium nostrum. Idem liber prodiit Gallice cum notis par Mr. D. M. à Paris 1753. 8v.

4) Pharmacopoea militaris — nach denen Grundlehren wohleingerichtete Apothecke, zum nützlichen Gebrauch für die Soldaten-Spitäler, wodurch alle Kranckheiten mit geringen Kosten schnell, sicher und angenehm können geheilet werden. Auf gnädigsten Befehl Sr. Churfürstl. Durchl. in Bayern herausgegeben durch J. A. von **Wolter**, des H. Röm. Reichs Rittern, Sr. Churfürstl. Durchl. in Bayern Rath und Proto-Medicum, aus dem lateinischen übersetzt, von Frantz Joseph Schaur, Med. D. Churfürstl. Garnison und Stadt Physico in Braunau, Frf. und L. 1759. 8v.

Emendata haec a vitiis editio. Illustris Auctor iustissimas meretur laudes, methodus enim eius simplex, facilis, et medicamina efficacia, vbiuis regulae inculcantur vtilissimae. Merita in medicinam castrensem Illustr Auctoris, qui legere cupit, adeat praefationem libri vtilissimi **Huxham** von Fiebern.

5) **Lösecke**, Joh. Ludw. Leber. Materia medica concentrata, editio altera, aucta, emendata, Dresden und Warschau, 1761. 8v. cui adiecit auctoris discipulus *Georg. Ludew. Rumpelt*, Chirurgus Aulicus Dresdensis,

densis, Dispensatorium concentratum et priuatum, oder Entwurf der würcksamsten innerlichen und äusserlichen Artzeney-Mitel, welche zu Errichtung einer Haus-oder Feld-Apothecke dienen können. Angehenden Regiments- und Land-Chirurgis zu besondrer Nachricht entworffen. Simplicium catalogus admodum placet mihi, at formulae non omnes ita concinnatae sunt, vt laudes mereantur. Sit exemplo puluis digestiuus et rhabarbarinus compositus; item medicamina interna, quae adducit auctor, vix sufficiunt ad omnem morbum sanandum.

6) ROMANI, *Francisc.* Liber de militaris medicinae conditione. Nunquam vidi. Spectat huc Ludouicus, cuius libr: der francke Soldat, recensui. Swietenius etiam formulas dedit, de cuius libro vid. §. sequ.

LESCHER, Diss. de Valetudinariis bellicis bene constituendis, habita Goettingae, quo anno defensa sit, nescio, non enim accipere potui.

§. VI.
Therapia Militaris interna.

1) STAHL, *Geo. Ern.* diss. de curationibus castrensibus, Resp. *Geo. Glockengiesser*, Hal. 1711.

2) Breuis, sed egregia, descriptio morborum curandorum, qui saepius in castris obseruantur, gallico idiomate conscripta item latine, nec non vernacula lingua prodiit Viennae, Pragae etc. 1758. 8. mai.

Innotuit statim auctor Illustrissimus *Gerardus Liber Baro van Swieten*, cuius etiam nomen bibliopola adposuit editioni secundae, quae gallice prodiit, et cui titulus:

Description abregeè des maladies qui regnent le plus communement dans les Armeès: par *Mr. van Swieten*, Premier Medecin de S. M. I. la Reine de Hongrie. Paris. 1760. 12. mai. Vid. Acta Erlangens. hebd. XXII. A. 1762, item Lipsiens. No. XXXIV. Displicet Lipsiensibus Spirituosorum vsus.

De illa, quae germanice prodiit, editione, illud moneam, duobus titulis diuersis illam venum prostare, altera enim inscribitur: Kurze Vor-

schrift

schrift vor die Königl. Französische Armee, impressa eodem anno, ab altera differt, quod adiecta sit: Vorschrift vor die Feld-Apotheck. Est vero descriptio de Officiis medicorum, chirurgorum, et aliorum, quibus cura militum aegrotantium apud exercitus Caesareo-Regios commissa est. Dignissimam inueni hanc descriptionem, quae legatur, et mecum inuenerunt alii.

3) EBERHARD, *Io. Petr.* diss. de necessario vsu vesicatoriorum in febre castrensi, Resp. *Krisch*, Hal. 1761.
De praestantia opusculi plura dixi in diss. mea, de milit. morb.

4) BÜCHNER, *I. A. W.* diss. de prouido emeticorum in medicina castrensi vsu, Hal. 1758.

5) ZIEGLER, de Oleorum destillatorum vsu, praecipue in castris, Altorf. 1741.

6) BÜCHNER, *A. E.* diss. de Olei vitrioli diluti vsu in quibusdam scabiei speciebus, Auctore Clariss. *Hellmich*, Collega nostro suauissimo, aestumatissimo, Halae 1762. defensa.
Scribendi occasionem dedit Obseruatio in nosocomiis facta ab Illustri COTHENIO, multoties a nobis repetita, quam ad suas reuocauit rationes Clariss. Auctor.

§. VII.

Therapia Externa.

1) Agricola, Joh. Neue Feldscheer-Kunst, Frf. 1634. 12.
Praecepta multa continet, quae ad praxin faciunt, item de vsu medicaminum, arte chemica paratorum, externo.

2) PVRMANNVS, *Matth. Godofred.* varia scripsit opera, nimirum lauream chirurgiae, chirurgiam curiosam, de saliuatione, at huc faciunt. Rechter und wahrhafftiger Feldscheer, oder Feldscheer-Kunst — — recus. Breslau, 1745. 8v. Prodiit Lips. 1693. 8. item Halberstadt. 1680. 8. item: Funfzig wunderbare Schußwunden Curen, nach den richtigsten Curvortheilen tractiret, recus. Frf. 1721. 8v. Prodiit etiam Lips. 1693. 8v. it. 1703. 8v.

3) BELLOSTE, Hospital und Lazareth Chirurgus, qui primo gallice prodiit,

prodiit, Chirurgien d'hospital, Amstel. 1707. 8v. Dresd. idiomate germanico prodiit, 1703. 1710. versa, a *Mart. Schurig*, item 1724. 8v.

4) Schwartz, Joh. Casp. Vier Dutzend Anmerckungen, von gehaunen, gestochnen, oder andern zufälligen Wunden, Hamb. 1713. 8. Item Wundartzneyischer Anmerckungen fünf Dutzend, Hamb. 1717. 1718. 8v.

5) BOTALLI, *Leonh.* de Vulneribus sclopetorum curandis, Frf. ad Moen. 1675. c. f. 4t. item Venetiis, 1597. 8. c. fig. prodiit dein idem liber, germanice versus. Schußwunden Cur, 1676. 8v. Idem liber in Opuscul. iunctim editis, Lugd. 1565. 12. occurrit.

6) HILDANVS, *Fabric.* in Opp. de Combustione, quae fit igne, puluere pyrio, tractat. Prodiit etiam seorsim de Combustionibus libellus, Basil. 1607. 8v. c. f. Item: Eiusd. de Vulnere quodam sclopetario Obseru. et curatio, Oppenheim. 1614. 8v. c. fig.

7) BOSCHI, *Hyppoliti* Tract. de Vulneribus a bellico fulmine illatis, Ferrariae 1596. 4.

8) LE DRAN, *Henr. Franc.* Traité, au teflexions tirées de la pratique sur le playes d'armes à feu, à Paris 1732. 12. mai. prodiit germanice: Von der Cur der Schuß-Wunden, statt eines dritten Theils seiner Anmerckungen, Nürnb. 1740. 8v.

9) RANBY, *John*, The Method of treating Gunshot Wounds. London 1744. 8. mai. Prodiit gallice à Paris 1745. 12. mai.

10) An Expostulatory Addreß to *John Ranby* occasioned by his Treatise of Gounshot-Wounds, and his narrative of the Earls of Orfords last Illneß, with Remarcks his adviser, etc. *by a Physician*, London 1745. 8. mai.

11) Traité des Playes d'Armes a feu, par Mr. *Desport*, à Paris 1749. 12.

12) Traité des Playes d'Armes a feu avec des Observations sur differens genres de Maladies, et plusieurs methodes nouvelles, tant pour les Operations de Chirurgie que pour la reduction de fractures, par Mr. *Ravaton*, a Paris. 1750. 12. mai.

13) Traité des Playes d'Armes a feu, par *I. A. Loubet*, à Paris 1753. 12. mai.

14) Schroerters, Casp. wohl practicirter Feldscheerer, nebst einer compendiosen Beschreibung eines Feld-Kastens, Frf. und Leipz. 1713. 8v.

15) Il Chirone in Campo, o siasi vero e sicuro modo di medicar li Feriti nell'Armate, e fuor d'esse, opera portata dal Francese dal *Dionisio Andrea* SANCASSANI, aggiuntovi il Lume all' Occhio per la lettura di detta opera etc. Tomi II. in Venezia 1729. 8v. mai. c. figg.

16) Kramer, Joh. Geo. Heinr. medicina castrensis chirurgica, samt einer Praefat. de officio medici, oder Chirurgi castrensis, item einer Introduction von der Natur und Chirurgie, Nürnb. 1740. 8v.

16) Wreden, Otto Just, Unterricht vom Chirurgischen Feld-Kasten, Hannover 1743. 8. mit Kupfern.

17) von Müralt, Joach. Chirurgische Schriften, samt der wohlbewährten Feldscheererkunst, Basel 1691. 8v.

18) MAGGII, *Barth.* Tr. de Vulnerum sclopetorum et bombardarum curatione, Bonon. 1592. 4t. c. fig.

19) ROTAE, *Franc.* de Tormentorum vulnerum natura et curatione liber, Bonon. 1555. 4.

20) MOEGLING, *Dan.* de Horrisonorum πυροβόλων καὶ σφαιροβόλων tormentorum bellicorum vulnerum natura et curatione, Tub. 1594. 4t.

21) LEBZELTERVS, *Iac.* de Vulneribus, quae sclopetorum globulis infligi solent, et eorum curationibus, L. 1595. 4.

22) QVERCETANI, *Ios.* Sclopetarius, s. de Curandis vulneribus, quae sclopetorum et similium tormentorum ictibus acciderunt, liber, c. Antidotario spagyrico adu. eosd. ictus, Lugd. 1600. 8.

23) PLAZZONI, *Fransc.* Tr. de Vulneribus sclopetorum, Patauii 1605. 4t.

24) SIGLICIVS, *Io.* de Vulneribus sclopetorum, L. 1619. 4.

25) Le VIGNON, *Quir.* an sclopetorum vulnera venenata. L. B. 1626.

26) PECHLIN, *Io. Nic.* de Vulneribus sclopetorum in genere, Kil. 1674. 4.

27) NICOLAI, *Henr.* de Vulneribus sclopetorum, Arg. 1675. 4.

28) CRAV-

28) CRAVSE, *Rud. Wilh.* diss. de Vulneribus Sclopetorum, Ien. 1695. 4.

29) Le parfait Chirurgien d'Armee le Traite des Playes d'Arquebusade, le chapitre singulier tire de Guidon, l'Anatomie de la Teste et de ses parties par (Scipion) *Abeille*, a Paris 1696. 12. mai.

30) VESTI, *Iust.* diss. de Vulneribus Sclopetorum, Erf 1711.

31) KVPFFERSCHMIDT, *Io.* de morbis praeliantium, quos in victoriosa Bernatum expeditione bellica 1712. passim inter milites praeliantes, numeroseque sauciatos obseruare licuit, Basil. 1715. 4.

32) FINCKENAV, *Iac.* de Sclopetorum vulneribus, Regiom. 1716.

33) VATER, *A.* de vulnere cerebri sclopetario, septima demum hebdomate absolute lethali. Vit. 1722. 4.

34) *Nic.* le ROY de S. AIGNAN, an vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando praestat, Paris 1734. 4t. mai.

35) OLIER, *Dan. Theod.* de Vulneribus Sclopetariis L.B. 1741. 4. mai.

36) POISSONNIER, *Petr.* an vulneribus ex catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando praestat, Paris. 1746. 4. mai.

37) RENARD, *Claud. Ant.* Suane sclopetorum vulneribus, peculiariter competit tractatio, Paris. 1744. 4. mai.

38) HEISTER, *Laur.* Diss. de Vulneribus machinarum igniuomarum, Helmst. 1744. 4.

39) Nouveau Traite des Plaies d'Arme - a - Feu, avec les remarques et observations, per (Corn. Franc.) FAVDACQ a Namur 1746. 8.

40) MVLLER, dictus WOHLHEIMER, Phil. Hieron. de Aqua Traumatica Gallorum, Eau d'Aquebusade, Heidelb. 1722. 4t.

41) TASSIN, *Leonh.* Chirurgie militaire, ou l'art de guerir les playes d'arquebusade, a Paris 1688.

42) Primus omnium, qui de Sclopetorum vulneribus scripsisse dicitur, est *Alphonsus Ferreus*, cuius de Sclopetorum siue archibusorum vulneribus Libr. II. diuersis editi temporibus, inserti leguntur in *Petr. Vffenbachii* Thesaur. Chirurg. Frf. 1610. fol. Item in Collectione *Gesneri*, quae prodiit Tigur. 1555. fol.

43) Scri-

43) Scripsit etiam *Ambros. Paraeus* Tract. de Vulneribus sclopo, aliisque igniariis machinis, et telorum omni genere illisis, reperiundus in eiusd. Opp. a *Iacobo Guillemeau* latine versis ex gallico sermone. Editio nouiss. ni fallor, impressa est Frf. 1612. fol.

44) Nieuwe veld medecyn in de Chirurgie door *Salomon van Rustingh*, tot Amsterdam 1693. 8v.

Auctor quondam fuit ab Exercitubus Belgicis.

45) BILGVER, *Io. Vlr.* Praefecti Chirurgorum Generalis ab Exercitubus Potentiss. Prussorum Regis, diss. pro Gradu D. de membrorum amputatione rarissime administranda, aut quasi abroganda, Hal. 1761. Eodem anno germanice versa prodiit, nouis locupletata obseruationibus et accessionibus, sub forma libelli 8v.

Longo rerum vsu edoctus, cognouit Clariss. Auctor, membra integra saepius conseruari posse, ac vulgo creditur.

Eiusdem Chirurgiae Institutionum Pars prima nuper prodiit, quae inscribitur: Anweisung zur ausübenden Wund-Artzeney in Feld-Lazarets, Glogau, 1762. 8v. mai.

Continet theoriam et praxin vna cum formulis remediorum. Continebit pars altera et tertia singulares singularum partium laesiones, feliciter persanatas.

F I N I S.

Errata.

Passim, diarrhea: Lege, diarrhoea. Pag. 15. §. 6. lin. 8. remiscenda: Lege, permiscenda.

Cetera, si quae occurrunt, facile intelligitur, quo modo emendari possint.

IN

DISSERTATIONEM

QVAM

ERNESTVS GOTTOFREDVS BALDINGER

PHILOSOPHIAE AC MEDICINAE DOCTOR

AB

EXERCITVBVS PRVSSORVM REGIS POTENTISSIMI

MEDICVS ORDINARIVS

SOCIETATIS TEVTONICAE IENENSIS LITERARVM

ELEGANTIORVM SODALIS

VT AVCTOR AC PRAESES

DEFENDET

ODE HAECCE

OFFERTVR.

Aureos mittit radios libellus
Hicce, conſcriptus calamo perito,
Dum cupit morbos militum colore
pingere viuo.

PRINGLE certo plurima digna dicit,
Conditos morbos militumque narrat,
Clima quos gignit varium, et diaeta
Saepe mutanda.

Hicce BALDINGER nitido colore
His tabellis praecipue depinxit,
Irruit noſtros filios Mauortis
Morbus et vnde.

Clima narrat quod Militi mutandum,
Saepe monſtrat fracta viisque longis
Membra, prauae conqueriturque dira
Fata Diaetae.

Haec legat quisquis breuiter notata
Scripta, nunquam hoc ordine dixit vllus,
Vnde digni lauta laboris AVCTOR
Praemia carpet.

P. M. KETEL, Med. Doctor
Medicus Caſtrenſis.